

tibi curae, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet, Luc. 10. num. 40. Quomodo ergo nunc Martha Mariam ad Christum conuocat, Magister adest, & vocat te.

114. Respondeo ad quaestionem. Martha ad suam conuenientiam attendebat, vt frequenter solet fieri, olim Mariam voluit euellere e pedibus Christi, vt eam in suo labore haberet in adiuuamine, in illis, quae ad tanti Domini hospitium spectabant; nunc vero eam ad Christum aduocat, vt in precibus pro resurrectione fratris, quam Martha desiderabat, sociam obtineat; pro sui conuenientia Martha sororem a Christo vult disiungere, vt labori incumbat, pro suae conuenientia ad Christum adducit, vt pro fratre loquatur.

Pro sui conuenientia quilibet operatur.

115. Postulat Christus aquam a Samaritana, cui illa eam denegando, ait: Quomodo tu Indaeum cum sis, bibere a me possis, quae sum mulier Samaritana? Non enim conueniunt Iudaei Samaritanis, Ioan. 4. numer. 9. Postea vero cum a Christo audisset se habere aquam saturantem in aeternum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum. Mulier desiderio tantae aquae prouocata, vt notat D. Augustinus, N. D. Cyrillus, ait: Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire, ibidem num. 15. Modo retraherat se a Christi colloquio, iam vero non solum cum eo loquitur, sed etiam ab illo petit: Da mihi hanc aquam. Pro sui conuenientia agebat Samaritana, negabat verbum, & aquam, ne eam puteo extrahendo fatigaretur; dat verba, & postulat, vt molestias illius itineris, ac exhauriendi aquam ulterius non patiatur.

August. Cyrill.

Pro sui conuenientia dat, & negat sermonem Samaritana.

116. Interfecto Goliath, illius arma posuit David in tabernaculo suo, gladium vero in templo Domini, i. Regum cap. 17. num. 54. In perenne monumentum tam gloriosi triumpho, vt ibi commentantur Lyran. Abulens. Carthusianus, & alij, postea vero cum expostulasset hastam, vel gladium a sacerdote, qui dixit ei, quod non erat ibi alius gladius nisi Goliath, ait ei David: Non est huic alter similis, da mihi eum, i. Regum 21. n. 9. Cum David iudicauit sibi conueniens gladium appendere in templo, illum ibi reposuit, in perpetuum monumentum; multum abundabant, Saulis arma; at vero cum inermem se vidit David, conueniens visum est, vt illa arma sibi assumeret, vt a suis hostibus se defenderet.

Lyran. Abulens. Carthul. i. Reg. 21.

117. Maria ergo cum venisset, vbi erat Iesus, videns eum cecidit ad pedes eius, & dicit: Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Num. 33. Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudaeos, qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit se ipsum.

VERSIONES.

Syrac. n. 32. Cum venisset vbi erat Iesus, vt vidit eum, procidit ad pedes eius, & dixit ei: si hic fuisses Domine mi.

Arabicus. Cecidit ad pedes eius adorans.

Theophylact. Accidit ad pedes eius.

Syrac. n. 23. Iesus vero quum vidisset eam flentem, & Iudaeos illos, qui venerant cum ea flentes, infremuit spiritu suo, & turbauit se ipsum.

D. August. Fremuit spiritu.

Arabicus. Infremuit spiritu, & commotus est in seipso.

Vasabius. Et conturbauit se ipsum.

EXPOSITIO IX.

117. IDENS eum. Indicant verba, quod cum Maria eum aspexisset sine vlla mora Christo reuerentiam exhibet praesentium Iudaeorum inuidiam, ac odium contemnens.

D. Chrysostomus: Vehementius, quam soror amabat, neque turbam reuerita est, neque opinionem, quam de eo Iudaei habebant, sed omnem humanum affectum expulit Magistro praesente, & hoc nunquam curabat, vt Magister veneraretur. Prae suo eximio amore cecidit ad pedes eius, quod de Martha non legitur, ad Christi pedes suum locum occupat Maria. Rupertus: Cecidit ad pedes eius dolore fratris pariter, & amore Christi saucia. Ad pedes Christi obtinuit veniam peccatorum, ad eius pedes sperat impetrare fratris vitam, suae felici viae instanter adheret Magdalena. Domine si fuisses hic. Eadem verba cum Martha dixit, sed maiori fide, vt voluit D. Cyrillus, Maldonatus. Quia Maria Christum non solum credebat virum sanctum, vt Martha, sed etiam verum Deum, a quo obtinuit suorum peccatorum remissionem, illa tamen dixit ex simplici affectu, & quia cura esset domi cum sorore, frequenter ambae haec verba loquebantur, si Magister adesset, frater non fuisset mortuus, breuius Martha loquitur. Rupertus: Lingua comituit, cetera lachrymis vberius peregit. Lachrymarum negotiatio efficacissima. Iesus ergo vt vidit eam plorantem. Mariam scilicet, & Iudaeos, qui venerant cum ea plorantes. Iesus omnibus omnia factus, & dolentibus condolens, ac patientibus benignè compatiens, non respondet verbis; sed infremuit spiritu. Id est fremuit, ac sonitum indignantis edidit. Spiritu, id est interius, ac intimis animi sensibus, quem tamen hunc affectum aliquo signo, voce, ac clamore indignantis exterius ostendit, quo significauit suum dolorem animi. Turbauit se ipsum. Turbatio haec motus est corporeus interior, quo viscera commouentur ad compatiendum, qui prorumpit vsque ad mutationem vultus, vocis, & habitus, & saepe lachrymas excitat, hic autem affectus tristitiae, ac condolentiae non fuit in Christo sicut in nobis inuoluntarius, sed sponte, ac alto consilio illum assumpsit, vt latius explicat. quae 15. vbi explicabo: Quod fremuit, seu indignatio illa extitit in morte, ac in incredulitatem Iudaeorum; turbatio vero, seu affectus condolentiae ob eximium amorem erga amicos.

117.

Chrysost.

Rupertus.

Cyrillus. Maldonatus. Via felici, ac vili infrendunt.

Rupertus.

118.

Quid sit fremuit

Quae

QUESTIO XIV.

Quare dicitur, quod Dominus vidit Mariam, & Iudaeos plorantes?

119. Euthym. T hoc modo Dominus denotetur ad pietatem, ac benignitatem inclinatus. Euthymius: Solent, ait, qui humani sunt, alios videndo lachrymantem excitari ad misericordiam. Alienae lachrymae lachrymas prouocant, & excitant. Sic oculis stabant filij Iudaei maiori ex parte, vt probat Paschasius lib. 1. in Threnos, videntes deuastationem Ierusalem, & ideo dicitur, Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Incipit tamen Ieremias eius deuastationem magno fletu plangere. Quomodo fletus sola ciuitas plena populo? Threnorum 1. num. 1. Quid inde subsecutum est? num. 11. Omnis populus eius gemens. Ex planctu Prophetarum omnes ad planctum prouocantur. Citatus Paschasius: Vide, ait, quid profuerit, quod Propheta se non plangentem Ierusalem plauerit, nunc iam gemens omnis populus eius profertur.

Thren. 1.

Paschal.

120.

Matth. 9.

Luc 7.

Qua minoribus dantur excellentioribus non sunt deneganda.

121.

4 Reg. 20.

Isai. 7.

Quod improbo conceditur, probo non denegat.

Sanchez.

Dicitur quod viderit eos plorantes, vt ostendatur, quod sonorum lachrymae diuinam misericordiam valuerunt flectere, vt quatrduanum fratrem in vitam reuocaret; lachrymarum effusio diuinae pietatis effusionem maxime sollicitat. Si Christus Dominus ad preces Archisynagogi filiam suscitauit, Matth. 9. num. 18. Et ad lachrymas matris viduae inclinatus filium reuocavit in vitam, Luc. 7. num. 15. Quomodo ad orationem Marthae, & ad lachrymas Magdalene, quae amore, & obsequio multum erga Dominum promerabantur, fratrem a mortis tenebris non euocaret? Pietas enim, quae illis minoribus est concessa, his excellentioribus non fuit deneganda, hinc Dominus statim ad sepulchrum pergit, vt fratrem rediituum sororibus largiatur.

Cum sancto Regi Ezechiae denuntiata esset mors impendens ab Isaia; ille tamen multa lachrymarum copia profusa promeruit, vt in Dei nomine ipsi regi Propheta denuntiaret: Audisti orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, ecce sanauit te, & die tertio ascendet in templum Domini. Quo auditu ait Rex ad Isaia: Quod erit signum, quia Dominus me sanabit? Cui ait Isaia: Hoc erit signum a Domino, quod facturus sit Dominus sermone, quem locutus est: vis ut ascendat umbra decem lineas, an ut reuertatur eodem gradibus? 4. Regum 20. num. 9. Cur Propheta non solum promittit signum, sed etiam dat optionem regi, vt ipse eligat signum? Nunquid sanctus non crederet signo dato a Propheta? Minime hoc dici potest, ad quid ergo ei offertur, vt ipse determinet signum? An imaduertendum est, quod Regi Achaz parenti Ezechiae, cum idem Isaia 7. num. 10. denuntiasset victoriam de suis inimicis, in qua re, vt eum Prota maxime firmaret, ait illi: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Idololatrae parenti ex diuina pietate offertur signum pro firmitate promissi, hinc & filio fidei huiusmodi gratia pro adepta sanitate concedenda fuit, ne magis improbitati Achaz, quam probitati Ezechiae Deus indulgere videretur. Gaspar Sanchez ad citatum lib. Regum: Sicut fecerat Isaia cap. 7. Eius parenti Achaz optionem dat, malitiae umbra ascendat decem lineas, aut ut eodem gradu redeat retrorsum.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

Cum Lia quatuor filios peperisset marito suo Iacob. Tunc cernens Rachel, quod esset sterilis, inuidit sorori suae. Et maxime flagrans filiorum desiderio obnixè petit a marito suo, vt Balam ancillam suam in coniugem assumat, vt saltem ex illa prolem suscipiat, vt sterilitatis probrum auertat, cuius optatis Iacob acquieuit. Deditq; illi Balam in coniugium, quae ingresso ad se viro concepit, & peperit filium, Genes. 30. num. 4. Tunc Lia omnibus modis sollicitat, vt maritus habeat etiam in coniugium ancillam suam Zelpham. Quod Iacob detractare noluit. Sentiens Lia quod parere desisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit. Valde mirum, Iacob iam tres habebat vxores Liam, Rachelem, Balam, ad quid ad se vult introducere quartam, & eam inter vxores alere, quod etiam alicui maleuolo, ac improbo erit occasio, vt Iacobus incontinentiae notari possit: vt scribit D. Augustinus lib. 16. de Ciuitate cap. 38. Cur ergo sanctus Patriarcha non obstitit rogatui Lia, sed illi facile acquieuit? Prudenter quidem Iacob noluit vxori fecundae dure negare, quod infecundae blandè concesserat, non enim aequum erat, vt plus infecundae Racheli liceret inuidiae aemulationis priuilegio, quam fecundae Liae multiplicandae prolis voto, ideo quod Racheli datum est fecundae Liae libenter annuendum fuit.

122.

Genes. 30.

Quod infecunda promeruit, maior iure obtineat fecunda. August.

QUESTIO XV.

Quare Christus infremuit spiritu, & turbauit se ipsum?

123. INFREMUIT spiritu. Affectus indignationis internae denotatur signo aliquo externo, vt voce, clamore, significato. Turbauit se ipsum: affectum condolentiae, ac commiserationis dicit super mortem, & lachrymas amicorum, qui actus fuit in Christo absque aliquo inordinato, in composito, ac inuoluntario motu, sed summa prudentia, ac voluntate ipse sic ordinans, disponens. D. Augustinus tract. 49. in Ioan. Turbaris, ait, tu nolens, turbatus est Christus, quia voluit, contristatus est, quia voluit, in illius potestate erat, sic vel sic affici, vel non affici. D. Bernard. serm. 2. de S. Andrea: Christum, ait, se turbauit, non conditionis necessitate, sed sua beneplacito voluntatis. Ad quaestionem

123.

Fremuit, ac turbatur Christus uoluntariè.

August.

Bernard.

Respondeo primò. Fremitus iste, & indignatio, extitit in mortem, & in Diabolum, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum, quae tanti luctus, ac fletus extitit causa. Ita D. Cyrillus, Augustinus, Beda, Lyranus, Iansenius. Deinde magis particulariter, ac proprie ad praesentem rem fremebat, hoc est indignabatur contra infidelitatem Iudaeorum, propter quam Lazarus mortuus est, & his sororibus sanctis tanta molestiae causa data est. Nam mors haec accidit, vt filius Dei manifestaretur, quae manifestatio necessaria non esset, si Iudaei iam tantis signis, & miraculis a Christo editis conuersi fuissent, nec mors Lazari permissa esset, si illi credidissent. Ita D. Thom. Tolet. Luc. Burg. Cornel. à Lapide. Et primò infremuit Iesus, deinde turbauit se ipsum; seruans consuetum hominum modum, solent enim homines, quando amicum vident alterius iniuria afflictum prius indignari aduersus eum, qui afflictionis causam dedit, deinde amico afflictio condolere.

124.

Cyrillus. August. Beda. Lyran. lauce.

D. Thom. Tolet. Burgens. Cornet.

Kkk 2

Sequitur



125. Chryl. Leontius. Euthym. Theophyl. D. Thom. Bonan.

Secundò. D. Chryl. homil. 62. Non erat Christus, ait, lacrymas excitare, & affectum arguer. Illa enim particula, infremuit spiritu, motum illum cohibuisse signat, & ait: Vbi posuistis stendo interrogat. Quod etiam docent Leontius, Euthymius, Theophylactus, Albertus Magnus, S. Thomas, D. Bonavent. qui fremitum hunc sic exponunt esse cohibitionem, ac veluti quandam vim, qua commiserationis affectu repressit Christus, voluntate enim huiusmodi affectum permittitur natura, voluntate, ac generose illum cohibuit, ne ulterius prorumperet, & in lacrymas modo se effunderet, has enim referuabat, cum ad sepulchrum Lazari perueniret. Hunc affectum permittitur Christus, ait D. Thomas, tum ad probandam veritatem humanæ naturæ; tum etiam, dum tristatur cohibet se ipsum, ut doceat modum seruandum esse in tristitia. Multis malis pressus lob rogabat: Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum, cap. 10. num. 20. Grauiter dolet, ob filios demortuos, substantiam, ac salutem deperditam, & tamen breuiter vult flere, cur non potius per totam vitam, sciebat lacrymis modum ponendum esse. Vnde ait Ecclesiasticus 22. num. 11. Modicum plora supra mortuum.

Iob. 10.

Eclef. 22.

126. Theophyl.

Aduertat hic, quod Theophylactus per spiritum intelligit diuinitatem, id est, quod Christus Dominus spiritu, sua diuinitate, potenter nempe, quasi fremendo cohibuit lacrymas, ac commiserationis affectum, qui in ipso ob fletum Mariæ, ac Iudæorum excitabatur, ne ulterius in lacrymas ad ploratium prorumperet.

127. Euseb.

Tertiò. Eusebius Gallicanus homil. ad hæc verba: Infremuit, ait, id est, ingemuit, ut doceret nos super peccantes genere. Ad conspectum Iudæorum, qui erant in peccato plorantium, ingemuit, ac turbauit se Iesus, ut nobis manifestetur, quantum sit de iniquorum peccatis dolendum, quam iunctaque sit turbatio cum impiorum præsentia. Cum Christus Dominus loqueretur de sua morte, ac regno cum discipulis suis. Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, Ioan. 13. num. 21. Postea subdit Euangelista: Cum ergo exisset Iudas, dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis, Ioan. 13. n. 31. Cur antea loquens de regno, ac morte turbatus est, nunc verò dicitur clarificatus? P. Bæcæ tom. 3. de Christo figurato lib. 7. cap. 10. §. 26. Antea aderat nequissimus Iudas, cuius societas turbationes mille etiam in peccatoribus validissimis poterat parturire; idò, voluit ostendere Christus, verum illo abeunte turbatio omnis abijt, & serenitas intrat.

Ex conuisione in quorundam turbario. Ioan. 13.

Bæcæ.

128. Chrysol.

Quartò. D. Chrylogus serm. 65. Fremit vita, ait, ut mors fugatur, fremit Deus, ut resurgat homo; fremit Christus debellans mortem, quia non potest non fremere, qui singularem rapit de hoste victoriam. Res valde mirabilis, suscitatur Christus filium viduæ, ac filiam Archisynagogi, & non fremit dans gemitum, nec lacrymat, ut factum vidimus, cum amicum suum Lazarum iam horrido sepulchro clausum in vitam vocat: quænam huius gemitus causa? Vitam dat Christus vnico viduæ, etiam Patens Elias vnico viduæ vitam infundit; puellam mortuam Christus patribus restituit vitam; etiam Elisæus iacentem filium restituit redituum parentibus; at verò Lazaro sepulto, & iam factio vitæ infusio, singulare quid est; & nullum in alijs miraculis simile. Quia non potest non fremere, qui singularem rapit de hoste victoriam. Sic deuia diuinus Magister singularitatem, ut cum ob altissima motiua ad actum

Singularitatem fugiendâ.

singularem deuia, tunc fremit, id est, gemit, turbatur ut suo tanto exemplo maxime informer singularitatem fugere, & declinare. Vide tom. 3. cap. 1. quæst. 19. num. 128. & 129.

119. Chrysol.

Quintò. D. Chrylogus serm. 64. Christus, ait, voce sua, voce vna, omnes est mortuos perpetuam suscitaturus ad vitam. Fremit spiritu, & tota se viscerum commotione conturbat, quia adhuc solum Lazarum, & non iam omnes mortuos suscitabat. Rem sic explico: Tanquam inter duos scopos altissimus Christi animus pro nostra eruditione versari se ostentat. Hinc inuitabat amor, quem Iudæorum, & fororum lacrymæ laceflebant, ut amicum Lazarum restitueret in vitam; hinc principis dignitas, ac itaque à tanto singularitatis beneficio estranabat. Nam cum Christus existeret viuorum, ac mortuorum rex, regium æquatis ius exigebat, ut non ad vnum dumtaxat contraheretur potentia, & liberalitas, sed ut ad omnes suscitandos perueniret. Hæ rationes inter se decertabant. Cum ergo adhuc non esset tempus constitutum à Patre, ut resurrectionis largitas in omnes se extenderet, & aliunde tanta beneficentia pro tunc vno Lazaro ex multiplici superno moriuo esset largienda, hinc diuinus Magister fremit, gemit, ac exteriori vultus immutatione turbauit se ipsum, ut tali exteriori declaretur, quam horrida benefici singularitas debeat Principi apparere, & quod in eam non deuia nisi vrgenti ratione præmotus, ac compulsus.

Singularitatem fugiat Princeps in suis donis.

131. 1. Reg. 1.

Valde diuersimodè vngitur Saul, & David à Samuele. Ecce modus vnctionis Saul: Cumq; descenderem in extrema parte ciuitatis, dixit Samuel ad Saul, 1. Regum 9. num. 27. Tullit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, cap. 10. num. 1. At cum ad David deuenerit: Tullit ergo Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrum eius, 1. Regum 16. num. 13. Maxime notanda differentia, qua uterque auguratur in Regem. Saul in extrema parte ciuitatis. David verò in medio fratrum. Locus medius æquatis, & iustitiæ sedis est; nam qui medium tenet æqualiter ab omnibus participatur; extremus verò singularitatis nota est, magis enim in vnâ partem, quam in aliam inclinatur. Ecce infaustum omen regni Saulis, in extrema ciuitatis parte assumitur ad regnum, tanquam factiosus, & singularitatis acceptor futurus, indeque regnum in se, ac suis facile corruendum demonstratur: feliciter autem David coronatur in medio fratrum, ut iustitiæ, ac æquatis iura seruans, cuius sedes exinde stabilitate perpeti firmada erat. D. Gregorius in 1. Regum cap. 16. In medio fratrum vngitur, ait, ut tanta vnctionis fieri participes omnes possim. Qui enim in medio ponitur, ab omni parte videtur. Post pauca: In medio vngitur, ut se priuato amore non diligat: sed ex omni, quod præminet, lucra aliorum quarat; vnde & Saul solus in extrema parte ciuitatis vnctus fuisse perhibetur. Quid est enim quod solus à solo vngitur, nisi quia de culmine potestate per amorem priuatum debeat intumescere? Vide supra cap. 3. num. 10. 11. & 12. & cap. 24. num. 6. 7. & sæpè variis in locis.

Ve regnum firmetur, princeps non sit participari.

Gregor.

Ioan. 1. n. 34. Et dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine veni, & vide.

Num. 35. Et lacrymatus est Iesus. Num. 36. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

Num. 37.

Num. 37. Quidam autem ex ipsis dixerunt: nonne poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur?

VERSIONES.

Syriacus n. 34. Domine noster, veni, & vide.

Syriacus n. 35. Et obuenerunt lacrymæ ipsi Iesu.

Syriacus n. 36. Dicebant Iudæi: videte quantum amabat eum

Theoph. n. 37. Qui aperuit oculos cæci illius nati.

Arabicus. Efficere hunc quoque non mori.

EXPOSITIO X.

132.



T dixit eis. Loquitur non solum cum Martha, & Maria, sed etiam cum omnibus domesticis, vicinis, ac amicisstantibus, omnes erant plorantes, ne aliquis videretur contemptus. Vbi posuistis eum? Omnes Patres, & Doctores planè conueniunt, quod optimè sciebat Christus locum sepulchræ, interrogat tamen ex mysterio, ut pararet viam ad suscitationem Lazari, ad tantumque miraculum omnium attentionem excitaret. Dicunt ei: veni, & vide; præterea ostendentes sepulchrum fortè: sperabant, ut ille, qui exteros suscitabat, amicum, & domesticum suum Lazarum euocaret in vitam. Vnde ait Interlin. Veni, id est, miserere; nam ut ait D. Augustinus: Quos videt Dominus, miseretur. Aliet verò quod est magis ad litteram, D. Chryl. Theophylactus, D. Thomas, Hugo arbitrabantur ipsum velle videte sepulchrum, ut deploraret amici mortem. Theophylactus: Neque illic putabatur venisse, ut suscitatus eum, sed ut deploraturus, dicunt ei veni; vide. Tamen diuina pietas plus vult impendere, quam homines cupiunt, ac cogitant, intendens Lazarum de mortis tenebris soluere.

Interlin. August. Chryl. Theophyl. D. Thom. Hugo.

133. Chryl. Tolet. Luc. Burg.

Et lacrymatus est Iesus. Mox ut Christus protulit illud verbum, ubi posuistis eum? Lacrymas effudit, vt norantur D. Chryl. Toletus, Lucas Burgenf. permisit enim passionibus indignationis, tristitiæ, ac condolentiæ, vt in lacrymas soluerentur, quemadmodum solent homines affectus tristitiæ interioris, ac commiserationis lacrymis testari.

134. Euthym.

Dixerunt ergo Iudæi, videntes eius lacrymas, vt aduertit Euthymius: Ecce quomodo amabat eum. Vox est admirationum magnitudinis dilectionis Christi erga Lazarum, cuius testes, ac indices erant lacrymæ. Et si à paucis lacrymis Christianorum erga Lazarum colligunt, quam iustus hunc erga nos colligere debemus ex totius sanguinis effusione. Nam in horro, vt ait D. Bernard. Toto corpore flere visus est. Factus est sudor eum, sicut gutta sanguinis decurrerit in terram, Luc. 22.

Bernard. Luc. 22.

135.

Quidam autem ex ipsis dixerunt. Quidam vt superiori versu vidimus admirati sunt de eximio Christi amore; alij verò minus bene affecti erga Christum sic dicunt: Non poterat hic, qui aperuit Sylicra in Euang. Tom. IV.

Maligni non expectant finem, vt calumnias conieciunt. Basil.

August.

QUESTIO XVI.

Quare Christus interrogat locum, in quo Lazarus iacebat?

LANVM est apud omnes Patres, & Expositores, quod Christus Dominus optimè sciebat locum, in quo Lazarus erat sepultus, vt ait D. August. tract. 49. in Ioan. Qui enim abfens sciuit esse mortuum, præfens apertè sciebat locum, in quo sepultus erat, ex magno mysterio interrogat Dominus: Vbi posuistis eum?

136. Ratio difficultatis. August.

Respondet primò D. Hieronymus in cap. 11. Matth. in princ. Saluator interrogat, ait, ubi posuistis Lazarum, vt qui locum sepulchri indicabant, saltem sic pararentur ad fidem, & viderent mortuum resurgentem. Cum optimè Dominus sciret locum sepulchri interrogat, vt illi magnopere præparentur ad fidem, cum viderent suscitatum, quem antea in sepulchro iacentem agnouerant. Proprium Saluatoris magis suorum salutem, quam propriæ auctoritatis consuleret, nec recusat apud aliquos in ignorantia notam incurtere, dummodo suos lucrifaciat. Vide supra cap. 8. num. 55. & cap. 23. n. 4. & 38. 39.

137. Hieron.

Christus magis consulte suorum salutem quam suam auctoritatis.

Secundò Theophylactus ex D. Chryl. Tomo: Vult omnia, ait, ex eis discere, ne se ipsum miraculo temerè ingerere videatur, sed exoratus facere, quo & omnis suspitionis signa tollat. Humano modo se veluti ignorans agit, vt ordinatè ad perpetrandum miraculum accedat, ne locus alicui fraudis suspitioni relinquatur, vt ne dicant, quod alius pro Lazaro suppositus est, si vltro ipse tanquam ad iam antea sibi notum locum iret; non enim oportet solum rectè agere, sed etiam omnia occasio sinistra opinionis amputanda est. Vide supra cap. 2. num. 13. & cap. 3. num. 43.

138. Theophyl.

Occasio mala opinionis amputanda.

Tertiò. Seuerianus & moraliter, vt refert D. Greg. lib. 8. epist. 42. ac si per mysterium exprobrasset Dominus mulieribus Euz culpam, veluti dicens, ego virtum in paradiso posui, quem vos posuistis in sepulchro. Ex manu Dei habet homo paradysum, ex mulieris manu mortem, & sepulchrum. Quartò. Ammonius in Catena Græca: Vbi posuistis eum, ait, tanquam minime iactabundus id dixit, propter humanam naturæ humilitatem se ignorare.

139. Seuerian. Gregor.

Ammon.

K K K 3